Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Abbatissa, ex Illustrissima hac Familia assumpta.

50) Sartorius Cistere. germ. ex Nobilibus Veteri montanis

51) Ughelius Ital. sac. t. III.

52) Fischius Biblioth. Script. Cistere. S. Almus, Cisterciensis, seu Bernardinus Sancti Benedicti Regulam professus in Mailros, et primus Abbas in celebrati/ssimo cœnobio, quod Emergarda Regina Regis Wilhelmi uxor, et Regis Alexandri mater fundaverat, quod a nomine ipsius, Almurenoch, dici vocatum, postea corrupta voce, Balmurenoch, cœpit vocari; vir fuit, sine controversia, sua ætate doctissimus, et pientissimus; ideo vocatus e Melrosensi Cœnobio, ipso die Sancte Lucia, suscepit novi Monasterii curam. Scripsit: de Perfectione Religiosa, lib. I. Acta Reginæ Emergardæ. lib. I. Fuit hæc Filia Comitis de Bellomonte, qui erat filius senioris filiæ Wilhelmi Normanni Regis. Abbas creatus est anno 1249. obijt anno 1270. Ita Dempsterus in historia gentis Scotorum, ex actis (ut dicit) illius Monasterij, et Hectore Boethio lib. 13, cap. 10.

53) Fischius Biblioth. Script. Cistere. De Collegio Parisiensi vide supra ad c. XI Add. 43. Porro Collegium hoc, ait Fischius, ab Abbate Claravallense pro suis dumtaxat ædificatum, postmodum a Benedicto Papa XII universo Ordini Cisterciensi commune redditum fuit, ut notat Jacobus de Breui in suo Theatro Antiquitatum Parisiensium